



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Iurame[n]tum III. quoad obligationem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

IVRAMENTVM II. ET III. 465

cat mort. num. 16. Iuramentum factum de re indifferenti, non obligat. num. 17.

Iurans rem licitam, & non adimplens, peccat mort. quamuis iuret percitus iradummodò non sit tanta vt iuranti iudicium ad mort. sufficiens adimat. num. 9. Nou. 10. si autem res sit leuis, erit veniale. num. 9.

Mulier habens secretum impedimētum, potest iurare, se habitaturam cum viro, intelligendo intra se in quantum licitè possum. cap. 18. num. 7. & cap. 12. num. 9.

IVRAMENTVM III.

*Quoad obligationem.*

Iuramentum de re leui tantum, obligat A sub veniali. cap. 12. num. 9.

Iuramēta facta de non adimplendo consilio Evangelico, vt de non mutuādo, quamuis absque culpa seruari possunt, non obligant: imò melius est ea frangere. num. 17.

Iuramentum de redeundo ad carcerem, B obligat, quamuis sciat se ob id moriturum: secus si carcer est iniuriosus. num. 18.

Iurans aliquid facturum, credens se prestare posse, non peccat mort. non prestando, si aliàs fecit, quod in se est, vt posset prestare, & non valuit. Tenetur tamen trans-

Gg ato



cto tempore quam primùm potuerit, implere.num.22.

Iuramētum minùs obligat quàm votum.num.32.cap.27.num.272.

**C** Iuramentum de eundo Hierosolymam, genibus, vel cum bufone in ore; obligat quoad profectiōem, non quoad illum modum eundi.cap.12.num.43.

Non adimplens iuramentum ob aliquem euentum, qui si à principio euenisset, non iurasset, peccat aliquando, & aliquādo non. cap.12.num.11.non enim pecco, si illum cui cum iuramento promisi me ensē reddaturum cū infaniuerit, ensē; non reddam; nec si eam cui iuravi me eam ducturum, si fuerit fornicata, non ducam.cap.18.num.7.

Iuramentum de actu, qui tempore iuramenti erat illicitus, obligat pro tempore in quo est licitus: si iuramentum fuit generale, & aptum comprehendere vtrumque tempus.num.87.lit.B.Nou.num.33.

Qui recuperavit suum occultè, & iustè, bene poterit iurare se nescire quis accepit, intelligendo intra se, se nescire quis male illud accepit. cap.17.num.116.de quo vide plura in tit. periurium. quomodo autem obliget iuramentum dandi centum aureos latroni, vide in tit. iuramentum 1. tit.F.